

Incipit expositio prologi in libro Ezechielis prophete. Ezechiel propheta etc. Iste prologus dividit in quatuor praeclulas. In prima ostenditur quibus prophetia haec traditur: videlicet quibus propheta in isto libro loquitur: ibi. Ezechiel propheta etc. In secunda de-

scribitur prophetia tempus et locus: et loquendi modus. Tempus autem describitur tripliciter: per aetatem prophetiae: ibi. Tricesimo aetatis suae anno. Secundo per captivitatem ibi. Et captivitas quanto. Tercio quia prophetauit simul tempore cum hieremia. unde dicitur. Et eodem tempore etc. Locum tangitur cum dicitur. In chaldaea etc. Modus loquendi cum dicitur. Sermo eius nec satis diffusus etc. In tertia parte commendatur a dignitate et a sermonis profunditate. Dignitas notatur cum dicitur. Sacerdos etc. Sermonis profunditas notatur ibi. Principia voluminis etc. In quarta parte insinuatur hieronymus quare tran-

Incipit prologus in Ezechielem prophetam.

Ezechiel propheta cum iochim rege iuda captivus ductus est in babilonem ibique his qui cum eo captivi fuerant prophetavit penitentibus quod ab hieremie vaticinium se ultro ab adversariis tradidissent cum viderent adhuc urbem hierosolymam stare quam ille casuram esse praedixerat. Tricesimo autem aetatis suae anno et captivitatis quanto exorsus est ad concaptivos loqui. Et eodem tempore posterior hic in chaldaea: hieremias in iudea prophetaverunt. Sermo eius nec satis disertus: nec admodum rusticus est: sed

verum. ipse et hieremias id est contemporanei fuerunt in prophetando sicut de scolari qui fuit parisius in scolis per quadraginta annos et de alio scolari qui tantum per tres annos cum eo studuit dicitur quod sunt contemporanei in studio: non quia in toto sed quia in aliqua parte temporis conveniunt.

ex utroque medio temperatus Sacerdos et ipse fuit sic hieremias principia voluminis et in finem magnis habes obscuritatibus involuta. Sed per vulgata eius editio non multum distat ab hebraico. Unde satis miror quod cause extiterit: ut si eisdem in unum libris habemus interpretes in aliis eadem: in aliis diversa translulerint. Legite igitur et huc iuxta translationem nostram: quam per cola scriptam et comata manifestatorem legentibus sensum tribuit. Si autem amici mei et hunc subsannaverint dicite eis quod nemo eos compellat ut scribant. Sed vereor ne illis eis eveniat quod grece significantius dicitur ut

Item post hoc ecce successio quatuor ad prophetiam exordium. **D**icit in chaldaea hieremias in iudea ecce varietas locorum. **X**v. hieremie inuenies quot annis processit hieremias in prophetia. **A**dmodum id est valde. **P**incipia voluminis. scilicet primum capitulum. **I**n finem. scilicet ultima novem capitula: vide glossam positam supra circa principium precedentis prologi. **S**ed vulgata eius editio. id est translatio que fuit inuenta hierosolymis cuius auctor ignoratur.

stulit librum istum. scilicet propter varietatem translationum a veritate hebraica discrepantium: ibi. Sed et vulgata eius editio etc. In quinta inuitat paulam et eustochium: ut translationem istam legant doctores qualiter subsannantes emulos confundant: ibi. Legite igitur et hunc librum etc. His visis littere insistamus. **C**um iochim rege iuda. **R**eg. xxiii. **T**ranstulit quoque iochim in babilonem etc. ibidem proponitur de ceteris captivis qui de hierosolyma translati sunt in babilonem. **P**enitentibus qui ad hieremie vaticinium. scilicet prophetiam dicentis hieremie. **J**. **D**entent et ponent unusquisque solium suum in introitu portarum hierosolymae etc. **R**em. xxi. **P**osui faciem meam super civitatem hanc in malum et non in bonum ait dominus. **I**n manu regis babilonis dabitur et exuret ea igni. **E**t proponit ibidem qui habitaverit in urbe hac morietur gladio fame et peste: qui autem fugerit ad chaldeos qui obsident vos uter. **I**dem. xxxviii. **Q**uicumque manserit in civitate hac morietur gladio fame et peste. qui autem profugerit ad chaldeos vivet: et sequitur. **T**radendo tradetur civitas haec in manus exercitus regis babilonis etc. **P**ropter huiusmodi prophetias territus iochim rex iuda tradidit se et suos regi babilonis oppugnantem hierosolymam: et ipse translulit eos in babilonem. sicut legitur. **I**dem. **R**eg. xxiii. quia rex babilonis non tunc destruxit hierosolymam: sed constituit ibi regem sedechiam. **P**enitebant isti qui ad hieremie vaticinium se ultro adversariis tradidissent: cum rege iochim. **C**um viderent adhuc urbem hierosolymam stare: sedechia regnante. **Q**uam ille casuram esse praedixerat. ut supra dictum est: et tamen tota propheta eius verificata est sicut patet. **I**dem. **R**eg. xxiii. **I**sti erant iudei de quibus dicebat sedechias hieremie. xxxviii. **S**ollicitus sum propter iudeos qui transfugerunt ad chaldeos: ne forte tradar in manus eorum et illudant michi. **E**xorsus est. id est incipit. **I**n precedentis prologo in hieremiam inuenies unde dicitur exorsus. **A**d concaptivos loqui id est prophetare cum captivis: sicut patet in principio libri ubi dicitur: cum essem in medio captivorum etc. **E**t eodem tempore. etc. propheta-

Non multum. tamen in aliquibus. **D**istat ab hebraico id est ab hebraica veritate: et non solum ista translatio distat: sed etiam aliae quae sibi invicem aduersantur: unde miratur hieronymus dicens. **U**nde satis miror quid cause extiterit eadem quae habet hebraica veritas. **I**n aliis diversa. ab hebraica veritate. **P**er cola. id est per maiores orationis decisiones vel clausulas ut **E**sai primo. **P**ereliquerunt dominum: blasphemauerunt sanctum israel: abalienati sunt retrosum. **E**t comata id est minores decisiones quarum singule clausule parum valent per se: sed omnes simul collecte integrum sensum reddunt ut **E**sai primo. **D**e genti peccatrici: populo gravi iniquitate: semini nequam filius scelestis. **I**n prologo super **E**saiam inuenies plenus de colis et comatibus. **A**mici mei. id est inimici: fronta est: quae est sententia: pronuntiationi contrarium habens intellectum. **S**ubsannaverint. subsannare est rugato et contracto seu distorto naso irridere. vide in opusculo de expositione vocabulorum biblicae. **D**icite eis quod nemo eis compellat ut scribant. id est ut aliqua scripta faciant sicut vos me cogitis ad scribendum: et ita contempti confundentur. ut **E**sai aliam litteram. **D**icite eis quod nemo eos compellat ut scripta mea legant: et ista littera magis videtur concordare cum sequentibus: unde dicitur. **S**ed vereor etc. quasi diceret. nemo eos compellit ad legendum scripta mea quae ita subsannant. **S**ed vereor. id est timeo. **N**e illud eis. sponte legentibus. **E**ueniat. id est contingat. **Q**uod grece significantius dicitur. in detestationem talium quae latine: quia apud grecos verbum est usitatum: et maxime detestationis expressiuum. **D**el significantius id est valde significantius: quia maximam detestationem signat. **U**t vocentur fagolidori. scilicet maledicta comedentes. id est

in Ezechiele propheta

incorporantes sibi ea de quibus prius maledixerunt detrahendo: quidem exponit sic. fagin grece. Idem est quod comedere: lidozoz idem est quod maledictum: inde fagolidori dicitur detractores quasi maledicta vel maledictiones comedentes. quia nihil aliud vident habere in ore nihil aliud masticare: nisi maledictas detractiones.

Hoc est. apud nos. **h** vocentur fagolidori hoc est maeducantes senecias.

Manducantes senecias. quasi diceret nos latini vocamus manducantes senecias qui apud grecos emphatice fagolidori nuncupantur.

Explicit prologus.

Senecia finem papam grecam est quod latine dicitur belua: immundum animal hanc enim phisilogus dicit aliquando marem aliquando feminam et quia est animal immundum emphatice ponit hic pro immundicia et est sensus. **M**anducantes senecias. id est quod vult detrabendo euomit aliis audiendo deglutit: et ita in omnibus immundicijs delectantur in comedendo: sicut pugilationem hec senecia dicitur pilatura labio vel labium senis vel illud rubeum quod est sub aure piscis vel quod discernit vtriusque sit recens aut non. dicitur ergo manducantes senecias. id est pilaturas illas que valde immunde sunt. vel senecias. id est labia sicut quis ex indignatione et ira corrodit labia sua. vel senecias. id est illas piscium que nihil valent et cito putrefiunt: per quas detractiones inutiles et fetide designantur. **M**ij dicitur quod senecie dicitur saluie defluentes per genas senis que per senectute retinere non potest: sed eas emittit per molares dentes qui canini. id est detractorij dicitur: quod conuenit inuidis: de quorum molatibus frequens immundicia detractionis emittit. **M**ij dicitur quod senecia dicitur mus qui immundus est. **M**ij dicitur quod senecia dicitur quedam herba pro uocans appetitum. id est nastrucium: et sicut hoc exponit. **M**anducantes senecias. id est appetitum detrabendo pro uocantes in quo delectantur sicut famelicus in comestione.

ExPLICIT QUALISCUQUE EXPOSITIO ILLIUS PROLOGI.

Incipit postilla fratris Nicolai de lyra super Ezechielem.

Perit sunt celi et vidi visiones dei. Ezechiele primo. In verbo proposito ab Ezechiele dicitur postillam notari quatuor cause libri Ezechiele prophete quem pre manibus habemus. scilicet efficiens formalis materialis et finalis. Efficiens vero causa duplex est. scilicet principalis et instrumentalis. Principalis vero est ipse spiritus sanctus referans mysteria in hoc libro descripta: quod designat cum dicitur. **P**erit sunt celi. id est secreta celestia: seu diuina per spiritum sanctum: propter quod dicitur Apocalyp. iij. **D**ec dicit qui habet elauem dauid qui aperit et nemo claudit. quia spiritus sancti operationem nullus potest impedire. Causa vero efficiens instrumentalis est ipse Ezechiele propheta. qui spiritus sancto referante vidit prenta in hoc libro: et fideliter prescripsit sicut scribit Apoca. j. **Q**uod vides scribe in libro et mitte septem ecclesijs. id est vniuersitati fidelium. ad quam instructionem sunt destinata ea que sunt in hoc libro descripta. Circa causam formalem sciendum est. quod duplex est forma libri. scilicet forma tractatus et forma tractandi. Forma vero tractatus est diuisio libri in partes: et capitula: de quibus videbitur ad litteram accedendo. Forma vero tractandi id est quod modus agendi: qui in hoc libro notus est per rationem disquisitionis: sed propheticus: et ideo notat cum dicitur. **V**isiones. In hoc enim libro plures visiones propheticas continentur: ut patebit persequendo: de quo potest exponi quod dicitur Dsc. xij. **E**go visionem multiplicauit: et in manu prophetarum assimilatus sum. et per manus hic intelliguntur opera. quia prophete sancti aliquando prophetabant verbis: et aliquando sensibilibus factis: sicut dicitur est in libro huius

remie quod ipse captiuitatem populi frequenter prentia dicit verbis: et aliquando factis. scilicet portando cathenas ligneeas in collo suo: et similiter Ezechiele qui multas visiones propheticas habuit aliquando eas explicauit verbis: et aliquando sensibilibus factis: ut patebit. j. persequendo deo procedente. Causa vero materialis et finalis tanguntur cum dicitur deus. **E**t quantum pertinet ad causam materiale sine subiectiuam: sciendum quod sicut in naturali scientia corpus mobile est subiectum sub ratione absoluta: et in libris partialibus sub ratione contracta: ut in libro celi et mundi corpus mobile ad situm: et sic de alijs. sic in tota sacra scriptura subiectum est ipse deus sub ratione absoluta: propter quod dicitur theologia quasi sermo de deo. et in libris partialibus sub ratione contracta. **D**icit autem **R**ab. sa. quod omnes prophete non sunt locuti nisi ad dies messie. id est prentiando tempora et mysteria christi: quia christus apud nos idem signat quod messias apud hebreos: christus autem est nomen diuini suppositi: habentis diuinam naturam et humanam: et sicut hoc deus humanandus est subiectum generaliter in libris prophetarum: et sub ratione magis prentante in libris singularibus: sicut in libris de anima qui est pars naturalis philosophie corpus mobile animatum est subiectum: et sub rationibus adhuc magis contractantibus in libris sequentibus ad ipsum ut corpus mobile animatum anima vegetiua in libro de vegetabilibus et plantis: et corpus mobile animatum respirans in libro de respiracione. **D**e ratione vero contractante ad hunc librum illud quod est generale omnibus prophetis videtur mihi quod probabiliter potest dici quod hec est ratio prententie creaturis: ita quod deus humanandus sub ratione prententie: vel ut prentens creaturis est subiectum in hoc libro: sicut plenius videbitur persequendo: ista tamen prententia aliter conuenit ei sicut humanam naturam diuinam: quod diuinam competit sibi a principio creature: sicut humanam vero a principio incarnationis auctoritative tamen: sed executiue conuenit ei a tempore sue gloriose resurrectionis: propter quod tunc dicit **M**ath. ultimo. **D**ata est mihi omnis potestas in celo et in terra. **S**ic ergo causa materialis vel subiectiua huius libri est deus sub ratione predicta: propter quod dicitur infra xl. **F**acta est super me manus domini et adduxit me illuc in visionibus dei. **C**irca causas finale sciendum quod deus est principium et finis omnium: sicut quod dicitur apoc. j. **E**go sum alpha et omega. principium et finis: et hoc loquendo de sine extrinseco seu obiectiuo. finis autem intrinsecus seu subiectiuus intellectualis nature duplex est. **P**rimus enim propinquus. scilicet cognitio dei et potissime habita via super naturaliter cum enigmate tamen: et ut habet dilectionem adiectam: et hic est finis propinquus huius libri. qui scriptus est ad bendum non claudere et dilectionem dei in partem. de qua dicitur **S**ap. xij. **P**ant sunt omnes homines in quibus non subest scientia dei. vanum autem dicitur illud quod non attingit finem debitum: sicut medicina dicitur vana que non inducit sanitatem ad quam est ordinata: omnes autem homines in quantum sunt facti ad imaginem dei ad beatitudinem supernaturalem sunt finaliter ordinati ad quam non possunt attingere sine ista scientia que est illius beatitudinis ostensiuus: ad finem enim totaliter incognitum nullus potest dirigerere actus suos propter quod merito dicuntur vana homines carentes scientia dei. **A**lius vero finis intellectus nature est est rationis. scilicet visio dei clara propter quod habet adiunctam fructuam perfectam et hic est finis remotus huius libri. sicut et totius sacre scripture de quo finis dicitur saluator **J**oh. xvij. **N**ec est vita eterna ut cognoscant te solum deum verum et quem misisti huius mundi christus ad quam vitam nos perducatur qui cum patre et spiritu sancto viuus et regnat in secula seculorum. Amen.